Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Zacharias

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

Zacharias memoria dn̄i·
barachia bn̄dictio dn̄i·
addo testimoniū ei· Quo
modo ergo pph̄s ad edi
ficationem templi p̄peditus· memo
riam tūc dei hēt· ⁊ p̄ memoriā bn̄dicti
onem· ⁊ p̄ bn̄dictionē testimoniū·
ideo zacharias filius barachie· filij
addo· mittit᷑ ad ꝯsolonem pph̄i· Itē

Zacharias plogus·
memor dn̄i· multiplex ī
pph̄ia· tūm uestibꝫ sordi
dis uestitum· ⁊ lāpade
oculoꝝ· vij· candelabꝝ q̄ aureū cū
totidem lucinis quot ocul'· duas q̄
oliuas lampadis cernit a sinistris
⁊ a dextris· post equos nigros· rufos·
uarios· ⁊ albos· ⁊ dissipatas q̄drigas
ex effraim· ⁊ equū de ir̄lm· pauperē
regem uaticinatur· ⁊ p̄dicit sedentē
sup pullum asine filiū subiugalis
Explicit plogꝰ· Incip liḃ zacha
rie pph̄e·

In mense octauo
in anno scd̄o darij· fc̄m est ūbū dn̄i
ad zachariam filium barathie fili
um addo pph̄am dicens· Iratus est
dn̄s sup p̄res ur̄os iracundia mag̃·
Et dices ad eos· Hec dicit dn̄s exercituū·
Conuertimini ad me ait dn̄s exercituū· ⁊ ꝯ
uertar ad uos dicit dn̄s exercituū· Ne si
tis sicut p̄res ur̄i· ad quos clama
bant pph̄e priores dicentes· Hec
dicit dn̄s exercituū· Conuertimini de uijs
ur̄is malꝭ· ⁊ cogitationibꝫ ur̄is pes
simis· Et n̄ audierunt· neq̄ atten
derunt ad me· dicit dn̄s· Patres ur̄i ubi
sunt ⁊ pph̄e· Numquid ī sempiternū ui
uent· Uerumtamē ūba mea ⁊ legiti
ma mea q̄ mandaui seruis meis
pph̄is· numquid nō ꝯphenderunt patres
ur̄os· Et conuersi sunt ⁊ dixerunt· Sicut co
gitauit dn̄s exercituum facē nob· scd̄m ui
as nr̄as· ⁊ scd̄m adinuentiones nr̄as fec̄
nob· In die uicesima q̄rta undecimi
mensis sabath ī anno scd̄o darij· fc̄m
ē ūbum dn̄i ad zachariam filiū bara
chie filij addo pph̄am dicens· Uidi p
noctem· ⁊ ecce uir ascendens sup equū
rufum· ⁊ ipse stabat int̄ myrteta q̄
erant in pfundo· ⁊ post eum eq̄ rufi
uarij ⁊ albi· Et dixi· Quid sunt isti dn̄e
mi· Et dixit ad me angl's· qui loque
bat̄ in me· Ego ostendam t̄· quid s̄
hec· Et r̄ndit uir· qui stabat int̄ myr
teta ⁊ dixit· Isti sunt quos misit dn̄s
ut pambularent t̄ram· Et r̄nderunt
angl'o dn̄i qui stabat int̄ myrteta·
et dixerunt· Perambulauimus t̄ram· et
ecce omnis t̄ra habitatur ⁊ quiescit· Et
r̄ndit angl's dn̄i ⁊ dixit· Dn̄e exerci
tuū· usq̄quo tu n̄ misereberis ir̄lm· ⁊
urbium iuda quibꝫ iratus ē· Isto
septuagesimus annus ē· Et r̄ndit
dn̄s angl'o qui loq̄batur ī me· ūba bo
na ūba ꝯsolatoria· Et dixit ad me angl's
qui loq̄batur ī me· Clama dicens· H
dicit dn̄s exercituū· Zelatus sum ir̄lm
⁊ syon zelo magno· ⁊ ira magna
ego irascor sup gentes opulentas·
q̄ ego irat' sum parum· ipi uero ad
iuuerunt ī malū· Ppt̄ea hec dic̄ dn̄s·
Reuertar ad ir̄lm in mīaꝫ· dom'
mea edificabit̄ in ea ait dn̄s exercituū·
⁊ ppendiculum extendet̄ sup ir̄lm·
Adhuc clama dicens· Hec dicit dn̄s
exercituū· Adhuc affluent ciuitates me
e bonis· ⁊ ꝯsolabit̄ dn̄s adhuc syon·
⁊ eliget adhuc ir̄lm· Et leuaui oclo's

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

meos et vidi et ecce quattuor cornua. Et dixi
ad angelum qui loquebatur in me: Quid
sunt haec? Et dixit ad me: Haec sunt cornua
quae ventilaverunt Iudam et Israel et Ierusalem.
Et ostendit mihi dominus quattuor fabros. Et dixi: Quid
isti veniunt facere? Qui ait dicens: Haec
sunt cornua quae ventilaverunt Iudam per singulos
viros, et nemo eorum levavit caput suum.
Et venerunt isti deterrere ea, ut deiciant
cornua gentium quae elevaverunt cornu
super terram Iuda ut dispergerent eam. II
Et levavi oculos meos et vidi
et ecce vir et in manu eius funi-
culus mensorum. Et dixi: Quo tu vadis?
Et dixit ad me: Ut metiar Ierusalem et vi-
deam quanta sit latitudo eius et quanta
longitudo illius. Et ecce angelus qui lo-
quebatur in me egrediebatur. Et angelus
alius egrediebatur in occursum eius. Et
dixit ad eum: Curre et loquere ad puerum
istum dicens: Absque muro habitabitur Ierusalem
prae multitudine hominum et iumentorum in me-
dio eius. Et ego ero ei ait dominus murus
ignis in circuitu, et in gloria ero in medio
eius. O o fugite de terra aquilonis dicit
dominus, quoniam in quattuor ventos caeli dispersi vos,
dicit dominus. De quattuor ventis colligam vos.
O Sion fuge quae habitas apud filiam Baby-
lonis, quia haec dicit dominus exercituum: Post glo-
riam misit me ad gentes quae spoliave-
runt vos. Qui enim tetigerit vos tangit
pupillam oculi mei. Quia ecce ego
levo manum meam super eos et erunt praedae
his qui serviebant sibi, et cognoscetis
quia dominus exercituum misit me. Lauda et laeta-
re filia Sion, quia ecce ego venio et habita-
bo in medio tui ait dominus. Et applicabun-
tur gentes multae ad dominum in die illa,
et erunt mihi in populum, et habitabo in medio tui,
et scies quia dominus exercituum misit me ad te.
Et possidebit dominus Iudam partem suam in
terra sanctificata, et eliget adhuc Ierusalem. Si-
leat omnis caro a facie domini, quia consur-
rexit de habitaculo sancto suo. III
Et ostendit mihi Ihesum sacerdotem ma-
gnum stantem coram angelo
domini, et Sathan stabat a dextris eius ut
adversaretur ei. Et dixit dominus ad Sathan:
Increpet dominus in te Sathan, et increpet
dominus in te qui elegit Ierusalem. Numquid non
iste torris est erutus de igne? Et Ihesus
erat indutus vestibus sordidis, et sta-
bat ante faciem angeli. Qui respondit et
ait ad eos qui stabant coram se dicens:
Auferte vestimenta sordida ab eo. Et
dixit ad eum: Ecce abstuli a te iniquitatem
tuam et indui te mutatoriis. Et dixit:
Ponite cidarim mundam super caput eius.
Et posuerunt cidarim mundam super caput
eius et induerunt eum vestibus. Et angelus domini
stabat, et contestabatur angelus domini Ihesum
dicens: Haec dicit dominus exercituum: Si in viis
meis ambulaveris et custodiam meam cu-
stodieris, tu quoque iudicabis domum me-
am et custodies atria mea, et dabo tibi
ambulantes de his qui hic nunc ad-
sistunt. Audi Ihesu sacerdos magne,
tu et amici tui qui habitant coram te,
quia viri portendentes sunt. Ecce enim ego
adducam servum meum orientem. Quia
ecce lapis quem dedi coram Ihesu, super
lapidem unum septem oculi sunt. Ecce ego cae-
labo sculpturam eius ait dominus exercituum,
et auferam iniquitatem terrae illius in die
una. In die illa dicit dominus exercituum vo-
cabit vir amicum suum subter vineam et
Et reversus IIII subter ficum.
est angelus qui loquebatur in me

et suscitavit me quasi virum qui suscitatur
de sompno suo. Et dixit ad me. Quid tu
vides? Et dixi. Video ecce candelabrum
aureum totum. et lampas eius super
caput ipsius. Et vii. lucerne eius super
illud. et vii. infusoria lucernis que erant
super caput illius. Et due olive super
illud. una a dextris lampadis. et una
a sinistris eius. Et respondi. et aio ad
angelum qui loquebatur in me dicens. Que
sunt hec domine mi? Et respondit angelus qui lo
quebatur in me. et dixit ad me. Numquid
nescis quid sunt hec? Et dixi. Non domine
mi. Et respondit. et ait ad me dicens.
Hoc est verbum domini ad zorobabel di
cens. Non in exercitu nec in robore, sed
in spiritu meo. dicit dominus exercituum. Quis tu
mons magne coram zorobabel in
planum? Et educet lapidem primarium
et exequabit gratiam gratie eius. Et factum
est verbum domini ad me dicens. Manus
zorobabel fundaverunt domum istam
et manus eius perficient eam. et scietis
quia dominus exercituum misit me ad vos. Quis
enim despexit dies parvos? Et letabun
tur et videbunt lapidem stagneum
in manu zorobabel. Septem isti oculi domini
qui discurrunt in universam terram. Et
respondi. et dixi ad eum. Quid sunt due
olive iste ad dextram candelabri. et
ad sinistram eius? Et respondi secundo. et
dixi ad eum. Quid sunt due spice o
livarum que sunt iuxta duo rostra aurea.
in quibus sunt suffusoria ex auro? Et
ait ad me dicens. Numquid nescis que
sunt hec? Et dixi. Non domine. Et dixit.
Isti sunt duo filii olei. qui assistunt
dominatori universe terre. V
Et conversus sum et levavi oculos
meos et vidi. et ecce volumen volans. Et
dixit ad me. Quid tu vides? Et dixi.
Ecce video volumen volans. Longitudo
eius xx. cubitorum. et latitudo eius x. cu
bitorum. Et dixit ad me. Hec est maledictio
que egreditur super faciem omnis terre.
quia omnis fur sicut ibi scriptum est iudi
cabitur. et omnis iurans ex hoc similiter iudi
cabitur. Educam illud dicit dominus exercituum.
et veniet ad domum furis et ad domum iu
rantis in nomine meo mendaciter. et com
morabitur in medio domus eius. et consumet
eam. et ligna eius et lapides eius. Et
egressus est angelus qui loquebatur in me.
et dixit ad me. Leva oculos tuos et vi
de. quid est hoc quod egreditur. Et dixi.
Quid nam est? Et ait. Hec est amphora
egrediens. Et dixit. Hic est oculus eorum
in universa terra. Et ecce talentum plumbi
portabatur. et ecce mulier una sedens
in medio amphore. Et dixit. Hec est im
pietas. Et proiecit eam in medio ampho
re. et misit massam plumbeam in os eius.
Et levavi oculos meos et vidi. et ecce
due mulieres egredientes. et spiritus in ali
s earum. et habebant alas quasi alas milui. et
elevaverunt amphoram inter terram et ce
lum. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me.
Quo iste deferunt amphoram? Et dixit
ad me. Ut edificetur ei domus in terra sen
naar. et stabiliatur et ponatur ibi super
basem suam.
Et conversus VI
sum et levavi oculos meos et vi
di. et ecce iiii. quadrige egredientes
de medio duorum montium. et montes
montes erei. In quadriga prima equi
rufi. et in quadriga secunda equi nigri. et
in quadriga tertia equi albi. et in quadriga
quarta equi varii fortes. Et respondi. et

dixi ad angelum qui loquebatur in me.
Quid sunt hec domine mi. Et respondit angelus
et dixit ad me. Isti sunt iiii. venti celi
qui egrediuntur ut stent coram dominatore
omnis terre. In quo erant equi nigri
egrediebantur in terram aquilonis et al-
bi egressi sunt post eos. et varii egres-
si sunt ad terram austri. Qui autem erant
robustissimi exierunt et querebant ire
et discurrere per omnem terram. Et dixit. Ite
et perambulate terram. Et perambulaverunt
eam. Et vocavit me et locutus est ad
me dicens. Ecce qui egrediuntur in
terram aquilonis requiescere fecerunt
spiritum meum in terra aquilonis. Et factum
est verbum domini ad me dicens. Sume a
transmigratione ab Holdai et a Tobia et
ab Idaia. et venies tu in die illa. et in-
trabis domum Iosie filii Sophonie. qui
venerunt de Babylone. Et sumes argen-
tum et aurum. et facies coronas. et pones
in capite Iesu filii Iosedech sacerdotis ma-
gni. et loqueris ad eum dicens. Hec ait
dominus exercituum dicens. Ecce vir oriens
nomen eius. et subter eum orietur. Et edi-
ficabit templum domino. et ipse portabit gloriam
et sedebit et dominabitur super solio suo.
Et erit sacerdos super solio suo. et consilium
pacis erit inter duos illos. et corone e-
runt Helem et Tobie
et Idaie et Hen filio Sophonie memo-
riale in templo domini. Et qui procul sunt
venient et edificabunt in templo domini.
Et scietis quia dominus exercituum misit me ad
vos. Erit autem hoc si auditu audieritis
vocem domini dei vestri. VII

Et factum est in anno quarto Darii re-
gis. factum est verbum domini ad Za-
chariam in quarta mensis noni qui est
casleu. Et miserunt ad domum dei Sara-
sar et Rogommelech et viri qui erant cum eo
ad deprecandum faciem domini. ut dicerent
sacerdotibus domus domini exercituum et prophetis
loquentes. Numquid flendum michi est in mense
quinto vel sanctificare me debeo sicut feci
iam annis multis. Et factum est verbum
domini exercituum ad me dicens. Loquere ad
omnem populum terre et ad sacerdotes dicens.
Cum ieiunaretis et plangeretis in quin-
to et in septimo mense per hos .lxx.
annos. numquid ieiunium ieiunastis
michi. Et cum comedistis et bibistis. numquid
non vobis comedistis et vobismetipsis bibi-
stis. Numquid non sunt verba que locutus est dominus
in manu prophetarum priorum cum adhuc Ie-
rusalem habitaretur et esset opulenta ipsa
et urbes in circuitu eius. et ad austrum
et in campestribus habitaretur. Et factum est
verbum domini ad Zachariam dicens.
Hec ait dominus exercituum dicens. Iudicium
verum iudicate et misericordiam et miserationes
facite unusquisque cum fratre suo. et vidu-
am et pupillum et advenam et pauperem
nolite calumpniari. et malum vir fratri
suo non cogitet in corde suo. Et nolue-
runt attendere et averterunt scapulam
recedentem et aures suas aggravave-
runt ne audirent. et cor suum posuerunt
ut adamantem ne audirent legem
et verba que misit dominus exercituum in spiritu suo
per manum prophetarum priorum. Et facta est in-
dignatio magna a domino exercituum.
Et factum est sicut locutus sum et non audie-
runt. Sic clamabunt et non exaudiam
dicit dominus exercituum. Et dispersi eos per omnia
regna que nesciunt. et terra desola-
ta est ab eis eo quod non esset transiens et
revertens. et posuerunt terram desiderabilem

in desertum. VIII
Et factum est verbum domini exercituum
dicens. Hec dicit dominus exercituum.
Zelatus sum syon zelo magno. et indig-
natione magna zelatus sum eam. Hec dicit
dominus exercituum. Reversus sum ad syon. et
habitabo in medio ierusalem. Et vocabitur
ierusalem civitas veritatis. et mons domini ex-
ercituum mons sanctificatus. Hec dicit dominus
exercituum. Adhuc habitabunt senes et anus
in plateis ierusalem et viri baculus in ma-
nu eius pre multitudine dierum. et pla-
tee civitatis complebuntur infantibus et
puellis ludentibus in plateis eius. Hec
dicit dominus exercituum. Si difficile videbitur
in oculis reliquiarum populi huius in diebus illis.
numquid in oculis meis difficile erit dicit
dominus exercituum. Hec dicit dominus exercituum. Ecce
ego salvabo populum meum de terra orientis
et de terra occasus solis. et adducam eos et
habitabunt in medio ierusalem. et erunt mihi in
populum. et ego ero eis in deum. in veritate
et iustitia. Hec dicit dominus exercituum. Confor-
tentur manus vestre qui auditis in di-
ebus his sermones istos per os prophe-
tarum in die qua fundata est domus domini
exercituum ut templum edificaretur. Siquidem
ante dies illos merces hominum non erat.
nec merces iumentorum erat. neque intro-
eunti et exeunti erat pax pre tribulatione.
et dimisi omnes homines unumquemque contra
proximum suum. Nunc autem non iuxta dies priores
ego faciam reliquiis populi huius. dicit
dominus exercituum. sed semen pacis erit.
Vinea dabit fructum suum. et terra dabit ger-
men suum. et celi dabunt rorem suum. et pos-
sidere faciam reliquias populi huius
universa hec. Et erit. Sicut eratis male-
dictio in gentibus domus iuda et domus israel.
sic salvabo vos et eritis benedictio. Noli-
te timere confortentur manus vestre. quia hec
dicit dominus exercituum. Sicut cogitavi ut
affligerem vos cum ad iracundiam me pro-
vocassent patres vestri dicit dominus. et non sum mi-
sertus. sic conversus cogitavi in diebus istis
ut benefaciam ierusalem et domui iuda. Noli-
te timere. Hec sunt ergo verba que facietis.
Loquimini veritatem unusquisque cum proximo
suo. Veritatem et iudicium pacis iudica-
te in portis vestris. et unusquisque malum contra
amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris.
et iuramentum mendax ne diligatis.
Omnia enim hec sunt que odi dicit dominus. Et factum
est verbum domini exercituum ad me dicens.
Hec dicit dominus exercituum. Ieiunium quarti et
ieiunium quinti. et ieiunium septimi. et ie-
iunium decimi erit domui iuda in gau-
dium et leticiam. et in sollempnitates
preclaras. veritatem tamen et pacem dili-
gite. Hec dicit dominus exercituum. usque quo veniant
populi. et habitent in civitatibus multis. et
vadant habitatores unus ad alterum dicentes.
Eamus et deprecemur faciem domini. et que-
ramus dominum exercituum. Vadam etiam
ego. Et venient populi multi et gentes ro-
buste ad querendum dominum exercituum in
ierusalem. et deprecandam faciem domini. Hec dicit
dominus exercituum. In diebus illis in quibus appre-
hendent x homines ex omnibus linguis
gentium. et apprehendent fimbriam viri
iudei. dicentes. Ibimus vobiscum. audi-
vimus enim quoniam dominus vobiscum est. IX ix
Onus verbi domini in terra adrach et
damasci requiei eius. quia domini
oculus hominis et omnium tribuum israel. Emath
quoque in terminis eius. et thyrus et sydon.
Assumpserunt quippe sibi sapientiam valde.
Et edificavit thyrus munitionem

suam et coacervavit argentum quasi humum
et aurum ut lutum platearum. Ecce dominus posside-
bit eam et percutiet in mari fortitudinem
eius et hæc igni devorabitur. Videbit asca-
lon et timebit et gaza et dolebit nimis
et accaron quoniam confusa est spes eius.
Et peribit rex de gaza et ascalon non habita-
bitur. Et sedebit separator in azoto et di-
sperdam superbiam philistinorum. Et au-
feram sanguinem eius de ore eius et
abhominationes eius de medio den-
tium eius. Et relinquetur etiam ipse deo nostro
et erit quasi dux in iuda et accaron quasi
iebuseus. Et circumdabo domum meam
ex his qui militant michi euntes et
revertentes et non transibit super eos ultra
exactor quia nunc vidi in oculis meis. Ex-
ulta satis filia syon iubila filia ie-
rusalem. Ecce rex tuus veniet tibi iustus
et salvator. Ipse pauper et ascendens super
asinam et super pullum filium asine. Et
disperdam quadrigam ex effraym et equum
de ierusalem et dissipabitur arcus belli. Et lo-
quetur pacem gentibus et potestas eius a
mari usque ad mare et a fluminibus usque
ad fines terre. Tu quoque in sanguine testa-
menti tui emisisti vinctos tuos de la-
cu in quo non est aqua. Convertimini ad mu-
nitionem vincti spei. Hodie quoque an-
nuntians duplicia reddam tibi quoniam ex-
tendi michi iudam quasi arcum implevi ef-
fraym. Et suscitabo filios tuos syon
super filios tuos grecia et ponam te quasi
gladium fortium. Et dominus deus super eos vide-
bitur et exibit ut fulgur iaculum eius.
Et dominus deus in tuba canet et vadet in turbine
austri. Dominus exercituum proteget eos et devo-
rabunt et subicient lapidibus funde. Et
bibentes inebriabuntur quasi a vino et
replebuntur ut fiale et quasi cornua altaris.
Et salvabit eos dominus deus eorum in die illa
ut gregem populi sui quia lapides sancti ele-
vabuntur super terram eius. Quid enim bonum
eius est et quid pulchrum eius nisi frumentum
electorum et vinum germinans virgines.
Petite a domino pluviam in tempore X
serotino et dominus faciet nives et
pluviam ymbris dabit eis singulis
herbam in agro. Quia simula-
chra locuta sunt inutile et divini vide-
runt mendacium et somniatores frus-
tra locuti sunt et vane consolabantur.
Ideo abducti sunt quasi grex affligen-
tur quia non est eis pastor. Super pastores
iratus est furor meus et super hyrcos vi-
sitabo. Quia visitabit dominus exercituum
gregem suum domum iuda et posuit
eos quasi equum glorie sue in bello. Ex ipso
angulus et ex ipso paxillus ex ipso ar-
cus prelii et ex ipso egredietur omnis
exactor simul. Et erunt quasi fortes
conculcantes lutum viarum in prelio et
bellabunt quia dominus cum eis et confunden-
tur ascensores equorum. Et confortabo do-
mum iuda et domum ioseph salvabo.
Et convertam eos quia miserebor eorum et erunt
sicut fuerunt quando non proieceram eos. Ego enim dominus deus eorum exaudiam eos.
quasi fortes effraym et [lætabitur] cor eorum quasi
a vino. Et filii eorum videbunt et
letabuntur et exultabit cor eorum
in domino. Sibilabo eis et congre-
gabo illos quia redemi eos et
multiplicabo eos sicut antea fu-
erant multiplicati. Et seminabo
eos in populis et de longe recorda-
buntur mei. Et vivent cum filiis
suis et revertentur. Et reducam eos de ter-
ra egypti et de assyriis congregabo eos.

eos ad terram galaad et lybani adducam
eos: et non invenietur eis locus. Et tran-
sibit in maris freto: et percutiet in mari
fluctus: et confundentur omnia profunda
fluminis. Et humiliabitur superbia as-
sur: et sceptrum egypti recedet. Confor-
tabo eos in domino: et in nomine eius am-
bulabunt dicit dominus. XI
Aperi lybane portas tuas: et come-
dat ignis cedros tuas. Ulula
abies quia cecidit cedrus: quoniam magnifi-
ci vastati sunt. Ululate quercus basan:
quoniam succisus est saltus munitus. Vox
ululatus pastorum quia vastata est ma-
gnificentia eorum. Vox rugitus leonum:
quoniam vastata est superbia iordanis. Hec
dicit dominus deus. Pasce pecora occisionis:
que qui possidebant occidebant: et non
dolebant: et vendebant ea dicen-
tes. Benedictus dominus: divites facti sumus.
Et pastores eorum non parcebant eis: et
ego non parcam ultra super habitantes ter-
ram dicit dominus. Ecce ego tradam homines u-
numquemque in manu proximi sui: et in
manu regis sui. Et concident terram: et
non eruam de manu eorum. Et pascam
pecus occisionis propter hoc o pauperes gre-
gis. Et assumpsi mihi duas virgas: unam
vocavi decorem: et alteram vocavi funi-
culum: et pavi gregem. Et succidi tres
pastores in mense uno: et contracta est
anima mea in eis. Siquidem et anima eorum
variavit in me. Et dixi non pascam
vos. Quod moritur moriatur: et quod succi-
ditur succidatur: et reliqui devorent
unusquisque carnem proximi sui. Et tuli
virgam meam que vocabatur decor: et absci-
di eam: ut irritum facerem fedus meum
quod percussi cum omnibus populis. Et in irritum
deductum est in die illa. Et cognoverunt
sic pauperes gregis qui custodiunt mihi quia
verbum domini est. Et dixi ad eos. Si bonum
est in oculis vestris afferte mercedem meam:
et si non quiescite. Et appenderunt mercedem
meam: xxx. argenteos. Et dixit dominus
ad me. Proice illud ad statuarium decorum
pretium quo appretiatus sum ab eis. Et
tuli xxx. argenteos: et proieci illos in do-
mo domini ad statuarium. Et precidi virgam
meam secundam que appellabatur funiculus:
ut dissolverem germanitatem inter iudam
et inter israel. Et dixit dominus ad me. Adhuc su-
me tibi vasa pastoris stulti: quia ecce ego su-
scitabo pastorem in terra qui derelicta non
visitabit: et dispersum non queret: et contritum
non sanabit: et id quod stat non enutriet: et car-
nes pinguium comedet: et ungulas eorum
dissolvet. O pastor et ydolum: derelinquens
gregem. Gladius super brachium eius:
et super oculum dextrum eius. Brachium
eius ariditate siccabitur: et oculus dex-
ter eius tenebrescens obscurabitur. XII
Onus verbi domini super israel.
Dixit dominus extendens celum et
fundans terram: et fingens spiritum hominis
in eo. Ecce ego ponam ierusalem superlimi-
nare crapule omnibus populis in circui-
tu: sed et iuda erit in obsidione contra
ierusalem. Et erit: In die illa ponam ierusalem
lapidem oneris cunctis populis. Omnes
qui levabunt eam concisione lacerabun-
tur. Et colligentur adversum eam omnia
regna terre. In die illa dicit dominus: percu-
tiam omnem equum in stupore: et ascen-
sorem eius in amentia. Et super domum
iuda aperiam oculos meos: et omnem
equum populorum percutiam cecitate. Et dicent
duces iuda in corde suo. Confortentur

in habitatores ierusalem in domino exercituum deo
eorum. In die illo ponam duces iuda sicut
caminum ignis in lignis, et sicut facem
ignis in feno, et devorabunt ad dexte-
ram et ad sinistram omnes populos in cir-
cuitu. Et habitabitur ierusalem rursum in loco
suo in ierusalem. Et salvabit dominus tabernacu-
la iuda sicut in principio, ut non magni-
fice glorietur domus david, et gloria habita-
tium ierusalem contra iudam. In die illo pro-
teget dominus habitatores ierusalem. Et erit qui offen-
derit ex eis in die illa quasi david, et domus
david quasi dei, sicut angelus domini in conspectu eorum.
Et erit. In die illa queram conterere omnes gentes
que veniunt contra ierusalem. Et effundam super domum
david et super habitatores ierusalem spiritum gratie
et precum. Et aspicient ad me quem con-
fixerunt. Et plangent eum planctu
quasi super unigenitum, et dolebunt super eum
ut doleri solet in morte primogeniti. In
die illa magnus erit planctus in ie-
rusalem, sicut planctus adademon in cam-
po mageddo. Et planget terra familie et
familie seorsum. Familie domus david seorsum et mulieres
eorum seorsum. Familie domus
nathan seorsum, et mulieres eorum se-
orsum. Omnes familie reliquie fami-
lie et familie seorsum, et mulieres
eorum seorsum. XII

In die illa erit fons patens domui
david et habitantibus ierusalem in ablutionem
peccatoris et menstruate. Et erit. In
die illa dicit dominus exercituum disperdam nomina
ydolorum de terra, et non memorabuntur ultra.
Et prophetas et spiritum immundum auferam de
terra. Et erit. Cum prophetaverit quispiam
ultra, dicent ei pater eius et mater eius
qui genuerunt eum. Non vives quia men-
dacium locutus es in nomine domini. Et con-
figent eum pater eius et mater eius genitores

familie domus levi seorsum et mulieres eorum seorsum.
Familie semei seorsum et mulieres eorum seorsum. Omnes et cetera.

eius cum prophetaverit. Et erit. In die illa
confundentur prophete unusquisque ex visio-
ne sua cum prophetaverit, nec operientur
pallio saccino ut mentiantur. Sed
dicet. Non sum propheta, homo agricola ego
sum, quoniam adam exemplum meum ab
adolescentia mea. Et dicetur ei. Quid
sunt plage iste in medio manuum
tuarum? Et dicet. His plagatus sum in
domo eorum qui diligebant me. Fra-
mea suscitare super pastorem meum et
super virum coherentem mihi, dicit dominus
exercituum. Percute pastorem, et disper-
gentur oves. Et convertam manum me-
am ad parvulos. Et erunt in omni terra,
dicit dominus, partes due in ea dispergentur
et deficient, et tertia pars relinquetur in ea.
Et ducam tertiam partem per ignem, et
uram eos sicut uritur argentum, et proba-
bo eos sicut probatur aurum. Ipse voca-
bit nomen meum et ego exaudiam eum.
Et dicam populus meus es, et ipse dicet
dominus deus meus. XIII
Ecce dies veniunt domini, et dividen-
tur spolia tua in medio tui. Et
congregabo omnes gentes ad ierusalem in
prelium, et capietur civitas, et vastabun-
tur domus, et mulieres violabun-
tur. Et egredietur media pars civitatis
in captivitatem, et reliquum populi non au-
feretur ex urbe. Et egredietur dominus et pre-
liabitur contra gentes illas, sicut preliatus
est in die certaminis. Et stabunt pedes
eius in die illa super montem olivarum,
qui est contra ierusalem ad orientem. Et scindetur
mons olivarum ex media parte sui
ad orientem et ad occidentem, prerupto
grandi valde. Et separabitur medium mon-
tis ad aquilonem et medium eius ad meri-

diem. Et fugietis ad vallem montium
meorum, quoniam coniungetur vallis montium
usque ad proximum; et fugietis sicut fugi-
stis a facie terraemotus in diebus Ozie
regis Iuda. Et veniet Dominus Deus meus, omnes-
que sancti cum eo. Et erit in die illa: non erit
lux, sed frigus et gelu. Et erit dies u-
na quae nota est Domino, non dies neque nox;
et in tempore vesperi erit lux. Et erit in
die illa: exibunt aquae vivae de Ierusalem,
medium earum ad mare orientale, et
medium earum ad mare novissimum;
in aestate et in hieme erunt. Et erit Do-
minus rex super omnem terram. XV
In die illa erit Dominus unus, et erit nomen
eius unum. Et revertetur omnis terra
usque ad desertum de colle Remmon
ad austrum Ierusalem. Et exaltabitur et ha-
bitabitur in loco suo a porta Beniamin usque
ad locum portae prioris, et usque ad portam
angulorum, et a turre Ananehel usque
ad torcularia regis. Et habitabunt in ea,
et anathema non erit amplius, sed se-
debit Ierusalem secura. Et haec erit plaga qua
percutiet Dominus omnes gentes quae pugnaverunt adver-
sum Ierusalem: tabescet caro uniuscuiusque sta-
ntis super pedes suos, et oculi eius conta-
bescent in foraminibus suis, et lingua
eorum contabescet in ore suo. In die illo
erit tumultus Domini magnus in eis, et ap-
prehendet vir manum proximi sui, et conse-
retur manus eius super manum proximi sui.
Sed et Iudas pugnabit adversus Ierusalem,
et congregabuntur divitiae omnium gentium in
circuitu: aurum et argentum et vestes mul-
tae satis. Et sic erit ruina equi et mu-
li et cameli et asini, et omnium iumentorum quae
fuerint in castris illis, sicut ruina haec. Et omnes qui
reliqui fuerint de universis gentibus quae

venerint contra Ierusalem, ascendent ab anno in
annum ut adorent regem Dominum exercituum,
et celebrent festivitatem tabernaculorum.
Et erit: qui non ascenderit de familiis
terrae ad Ierusalem, ut adoret regem Dominum exerci-
tuum, non erit super eos imber. Quod et si fa-
milia Aegypti non ascenderit et non venerit,
nec super eos erit; sed erit ruina qua percu-
tiet Dominus omnes gentes quae non ascenderint ad cele-
brandam festivitatem tabernaculorum. Hoc
erit peccatum Aegypti, et hoc peccatum omnium gentium
quae non ascenderint ad celebrandam festivitatem
tabernaculorum. In die illa erit quod super fre-
num equi est sanctum Domino; et erunt lebetes
in domo Domini quasi phialae coram altari. Et
erit omnis lebes in Ierusalem et Iuda sanctifi-
catus Domino exercituum. Et venient omnes
immolantes, et sument ex eis et coquent
in eis. Et non erit mercator ultra in do-
mo Domini exercituum in die illa. Explicit
Zacharias. Incipit prologus Malachiae prophetae.

[D]eus per Moysen
populo Israel prae-
cepit: sacerdo-
tes tabernacu-
li omni cor-
porali vitio
liberos, hosti-
as omni vitio vacuas sibi offerre.
Quibus legem suam ad regendum populum
ob hoc dederat, ut per sacrificiorum obla-
tionem intermedii Dei et hominum facti populum
praeceptis caelestibus facerent oboedire. Unde
sacerdotes angelos dici hoc loco scriptura
testatur. Sed quia tanti muneris gratiam con-
temnentes, supradicti ipsi ac sacerdotes
sacrificia vitio decerpata ipsis cri-
minibus atque impietatibus maculata Deo
offerre coeperunt, ideo per Malachiam prophetam